



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXII. Quibus speciatim prodest ea Christi Paſi Redemptio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**S**ancta, eterna Redemtione inuenta. Ideo & nos Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitum Sanctorum in Sanguine Christi. Sic nostra nobis constat iustificatio.

## Q V A E S T I O L X I I .

Quibus speciatim prodest ea Redemtio Christi Passi?

**N**ON omnibus. Ita CALVINVS contra Heshusum pag. 39. Non est crucifixus pro impiis Caro Christi; nec pro eorum expiatis peccatis effusus Sanguis.

**A V : O R.** Atqui Iesus ait: Matth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et e postolus, 1. Tim. 5. Venit in mundum peccatores salvos facere; quorum primus sum ego. Atque idecirco, Tit. 2. Tradidit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

2. BEZ. A in Colloq. Mompelgart, pag. 522. Deum in eterno & occulto suo consilio decreatum immutabile fecit, quod maiori hominum parti nolit premium Sanguinis Christi prodeesse.

**A V T Q R.** AT vnde constat Beza consilium istud arque Decretum isti contrarium, Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris; sed magis ut convertatur a viu suis. & vivat. Quia tamen affirmat, constibit ei ex illo, qui ait: 3. Reg. 22. Ego decipiam. In quo? Egrediar, & ero spiritus in dax in ore omnium prophetarum eius &c.

11. CALVINVS contra Heshusum: Christus, secundum morte sua prefuit; solis Electis, sola fidelibus profuit. Quia, ait BUCERVS: Christus tantum morte sua Electorum peccata expiavit. Ita iste in Ioann. pag. 522. Vide Schaffenburg in Theol. Calv.

Et veð plaustris librorum persuadere mundo Calvinii, & conantur istud; Electi & Fidelis sunt non Paulistae, non Lutherani, &c. Ita Calvinisti. Proinde Beza in Confess.

fidei Geneuen c. 4. §. 20. Vel sola fidei siccilla verè nos de salute securos reddit. Calvinus Instit. l. 3. c. 2. §. 19. Cum primum vel minima fidei gutta mentibus nostris infusa est, iam faciem placidam certo intuitu incipiunt contemplari. &c. Ibid. Nobis per spiritum Sanctum Designatur, & Reuelatur de Debet voluntia Certitudo. &c. Ideo idem Concedenter diabolo & morti insultant.

**A V T O R.** Ista scipis iugulata ferunt obuiam cuique inherentem sibi ipsi mucronem suum. Sed ego ad locum de iustificatione eorum differo confutationem. In praesens tamen notasse dicam Lutheranos inter & Calvinistas, pretium fuerit:

LUTHERANI pertendunt, in iustificatione cuiusque requiri Fidem; sed quæ solum in promissam Dei misericordiam respectet: *Vt fides sit Fiducia in Voluntate.*

1. CALVINIANI Contraria volunt eundem respectum ad Misericordiam; Sed non cum Fiducia voluntatis, vel certa cum scientia Intellectus, & siue specie cuiusque de suape iustitia & iustificatione. Et sic fidelibus proficere aint. Christi passionem; nec ullum nocere peccatum. Bonis operibus vero, inquit, Calvinus Institut. l. 3. c. 15. §. 1. Fideles merentur nihil quamquam; (quod Lutherani concedunt) sed à Deo meritis eis Donatur.

2. Porro è contraria: Quia assertit, *Attributidinem in cordibus electorum obsequari;* idecirco & Fiduciam requirit, Institut. l. 3. c. 2. §. 10: ubi §. 8. Fides, ait, magis est sensus cordu, quam cerebri; animi, quem tradicij. Quò rursus cum Lutheranis consentit, contraria prædictam suammet definitionem. Ita suos circumagit spiritus vestigios.

Quia in duplice lingua viri quia defiderat.



deratur adhuc categoricum responsum ad quæstionem nostram: illud ecce tibi. Quæris: Qui, quot Calvinistæ saluantur per Christi Redemtionem? Ecce tibi

III. CALVINVS in 2. Pet. c. 1. v. 2. Neque omnes, scil. Calviniani, sed ex toto Corpo-re vix paucissimi. Vix enim decimum quemq; reperies, qui alio fine Evangelio nomen dederit scilicet Calviniano, quam ut solutus in omnē lasciuiam diffimeret.

AUTOR. Sed accubi ante Caluinista talis lesta fidelium delituit Ecclesia?

Apertè respondet Sadeel contra theses Posnanienses de Ecclesia. cap. 8. Istorum in deserto (fortè montis Calpii situ clauso) delitescentium, ab annis mille trecentis, nec fructus nec folia extiterunt.

O maledictam ficalneam, vt quid terram occupat?

Et tamen hisce pauculis Calvinistis, felicet, vt Christus acquireret Non veram aliquam ac realem Remissionem; sed Non imputationem duntaxat peccatorum; (Quibus tamen necessariò inquianter, vt quæ nullo modo deuitare possint; sed in iis altissimè demersi perpetuò immorantur, ac immoriuntur) eam, inquam, ob causam Christus neesse habuit sustinere immentos, non in Corpore solum cruciatus; sed in Anima quoque cum damnavi & perditæ hominis supplicia perferræ oportuit: Quæ multis suprà sunt testimoniis Calvini & assclarum stabilita. Dira Redemtio!

IV. CALVINISTÆ. Tam operosa est in iis, efficaxque ea Non imputatio; vt per illam ipsis FIDES SPECIALIS conferatur, à qua excidere nunquam possunt.

1. Ita CONFESSO GENEVENSIS cap. 4. §. 20. Fides à perseverantia dono nunquam

diuelli posset. Qui vel semel totâ vitâ senseris vera fidei testimonium, de ea securus esse dabit, non permanente tantum, sed etiam permane-sura.

2. ZANCHIVS in Miscellaneis: Aliter qui docet; totius Euangelij scopum euertit.

3. BEZA in Confess. pag. 17. Contraria sententia monstrum est.

4. Idem in Colloq. Mompelgart. Que Fides, vt de sua eos electione reddit certissimos; ita, etiam si in peccata contra conscientiam & omnia sceleris flagitiosissima se per omnem vitam ingurgitent; de aeterna beatitudine tamen secu-rissimos praefat. Ideò, Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & nullus ego: Et NESCIS quia tumiseres. &c.

AUTOR. Ita quidem Calvinistæ prædicarunt, ac prædicant: sed veræ notæ conditionesque Ministerii prædicationis eos deserunt; de quibus Marc. 16.

1. Quid non Virtus: 2. Nec Domino cooperante: 3. Nec Sermonē confirmante: 4. Neque Sequentibus signis ad illum.

Quin potius ista subsecuta est desola-tio & abominatione, qualem prædicti Domini in Templi evaulatione futuram; Luc. 21. Multi Luthero calvinistæ &c. venient in nomine meo, & dicent: 1. Ego sum: Nolite sequi illos. 2. Audietis prælia & seditiones; nolite timere: 3. Surget gens contra gentem, & regnum contra re-gnum. 4. Erunt terrmotus, pestilentie, famæ, terroresque de celo, & signa magna. Veræ hæc notæ & signa hodiernæ sunt perfidiæ hereticæ, orbem imperium que infestantis.

#### Q V A E S T I O L X I I I .

An Christi ad inferos damnatio sit nostra ab inferis liberatio?

CALVINVS quidem huic inferni pœnae nostram ferè totam Redemtionem ad-

N 2. Scribit,

